

## EUTROPIUS, BREVIARIUM AB URBE CONDITA

7, 12, 1 Successit ei C. Caesar, cognomento Caligula, Drusi, privigni<sup>1</sup> Augusti, et ipsius Tiberii nepos, sceleratissimus ac funestissimus (*fuit*) et qui etiam Tiberii dedecora purgaverit.<sup>2</sup> (*et etiam Tiberii dedecora purgavit*).

2 Bellum contra Germanos suscepit et ingressus Suebiam nihil strenue fecit.

3 Stupra sororibus intulit<sup>3</sup>, ex una etiam natam filiam cognovit.

4 Cum adversum cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate saeviret, interfectus in Palatio est anno aetatis vicesimo nono, imperii tertio, mense decimo dieque octavo.

13, 1 Post hunc Claudius fuit, patruus Caligulae, Drusi, qui apud Mogontiacum monumentum habet, filius, cuius et Caligula nepos erat. Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quaedam crudeliter et insulse.

2 Britanniae intulit bellum, quam nullus Romanorum post C. Caesarem attigerat, eaque devicta (= *post Britanniam victam / Cum Britannia victa esset*) per Cn. Sentium et A. Plautium, inlustres ac nobiles viros, triumphum celebrem egit.

3 Quasdam insulas etiam ultra Britannias in Oceano positas imperio Romano addidit, quae appellantur Orchades, filio autem suo Britannici nomen inposuit.

4 Tam civilis autem circa quosdam amicos extitit, ut<sup>4</sup> etiam Plautium nobilem virum, qui expeditione Britannica multa egregie fecerat, triumphantem ipse prosequeretur et consendentri Capitolium laevus incederet<sup>5</sup>.

5 Is vixit annos IV et LX, imperavit XIV. Post mortem consecratus est Divusque appellatus.

14, 1 Successit huic Nero, Caligulae avunculo suo simillimus, qui Romanum imperium et deformavit et diminuit, inusitatae luxuria sumptuumque, ut qui<sup>6</sup> exemplo C. Caligulae in calidis et frigidis lavaret unguentis<sup>7</sup>, retibus aureis piscaretur, quae blattinis<sup>8</sup> funibus extrahebat.

2 Infinitam senatus partem interfecit, bonis omnibus hostis fuit. Ad postremum se tanto dedecore prostituit<sup>9</sup>, ut<sup>10</sup> et saltaret et cantaret in scaena citharoedico habitu vel tragicō.

3 Parricidia<sup>11</sup> multa commisit, fratre, uxore, matre interfectis (= *fratrem, uxorem, matrem interfecit*). Urbem Romam incendit, ut spectaculi eius imaginem cerneret, quali olim Troia capta arserat.

4 In re militari nihil omnino ausus Britanniam paene amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida capta illic atque eversa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt legionesque Romanas sub iugum miserunt.

5 Duae tamen sub eo provinciae factae sunt, Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone (= *quam rex Polemo Romanis concessit*), et Alpes Cottiae, Cottio rege defuncto (= *post mortem Cottii regis*).

15, 1 Per haec Romano orbi execrabilis<sup>12</sup> ab omnibus simul destitutus est et a senatu hostis iudicatus; cum quaereretur ad poenam, quae poena erat talis ut nudus per publicum ductus, furca<sup>13</sup> capiti eius inserta<sup>14</sup> (=

<sup>1</sup> *privignus*, i. m. „nevlastní dítě“

<sup>2</sup> *pурго*, *are*, *avi atum* „ocistit, ospravedlnit, vyklidit“

<sup>3</sup> *stuprum*, i. n. „znásilnění“; *infero*, *ferre*, *intuli*, *illatum* „vnést“, *stuprum inferre + dat.* „znásilnit“, *bellum inferre + dat.* „napadnout někoho, dát se do války s někým“

<sup>4</sup> tam ... ut „tak ... že“, věta účinková

<sup>5</sup> *incedo*, *ere*, *cessi*, *cessum + dat.* „jít za někým“ (např. ve vojenství)

<sup>6</sup> ut qui „protože“ + konj. impf. - přeložte oznamovacím způsobem

<sup>7</sup> *unguentum*, i. n. „vonný olej, voňavka“

<sup>8</sup> *blattinus* = *blatteus* „purpurový, nachový“; *funis*, *is*, *m.* „provaz“

<sup>9</sup> *prostituo*, *ere*, *ui*, *utum* „veřejně vystavit“, *se prostituere* „oddat se hanebnému životu“

<sup>10</sup> ut : „že“, věta účinková

<sup>11</sup> *parricidium*, ii. n. „vražda blízkého příbuzného“

<sup>12</sup> *exsecrabilis*, *e* „proklatý, hodný prokletí“, *orbi Romano exsecrabilis* „hodný prokletí pro římský svět“

*furca capiti eius insereretur, nudus per publicum duceretur), virgis usque ad mortem caederetur atque ita praecipitaretur a saxo, e Palatio fugit et in suburbano liberti sui, quod est inter Salariam et Nomentanam viam ad quartum urbis miliarium, se interfecit.*

2 Aedificavit Romae<sup>15</sup> thermas, quae ante Neronianae dictae, nunc Alexandrianae appellantur.

3 Obiit tricesimo et altero aetatis anno, imperii quarto decimo, atque in eo omnis Augusti familia consumpta est.

## Otázky k textu

### Odpovězte na otázky (česky)

1. Byl Nero příbuzný s Caligulou?
2. Vznikly za Nerona nějaké nové provincie?
3. Utrpěli za Nerona Římané nějakou vojenskou porážku?
4. Jaký je rozdíl mezi *patruus* a *avunculus*?

### Odpovězte latinsky

1. Quis Neronem interfecit?
2. Quis filius Drusi fuit?
3. Bellare Caligula gessit?
4. Quot annos natus Claudius imperium suscepit?
5. Quis provinciam Britanniam imperio adiunxit?
6. Quot annos natus Caligula mortuus est?
7. Cur Nero urbem Romam incendit?

### Gramatické otázky

1. Najděte složeniny slovesa *eo, ire*
2. Od jakého slovesa je tvar *sustulerunt*?
3. Od jakého slovesa je tvar *ausus*?
4. Uveděte synonymum (synonyma) ke slovu *obiit* (ve stejném čase):
5. Určete gramaticky tvar *extitit*:
6. Uveděte klasickou podobu číslovky *anno vicesimo nono*:
7. Ve větě „*Post mortem consecratus est Divusque appellatus*“ nahraďte spojení *post mortem* vedlejší větou:
8. Větu „*Nero per haec Romano orbi execrabilis ab omnibus simul destitutus est et a senatu hostis iudicatus est.*“ dejte do závislosti na *Magister discipulis narrabat*:

---

<sup>13</sup> *furca, ae, f.* „vidlice, vidle, rozsocha“

<sup>14</sup> *insero, ere, serui, sertum* „vložit, vstrčit co (ak.) do čeho/ na co (dat.)“

<sup>15</sup> v Římě